

Item anno indictione et aliis quibus supra, die vero tertia mensis Augusti hora meridiei vel quasi loco quo supra idem dominus Martinus in mei notarii publici infrascripti testiumque subscriptorum praesentia personaliter constitutus, citra tamen revocationem testamentariorum suorum prius per eum ut praefertur nominatorum constitutorum ordinatorum ac electorum, in forma meliori prout debuit honorabilem virum dominum Georgium Hondorff de Prettyn presbyterum Misnensis diocesis praesentem et onus huiusmodi dispositionis in se sponte suscipientem similiter in suum testamentarium ac ultimae suae voluntatis executorem elegit fecit constituit et ordinavit cum testamentariis supranominatis ultimam suam voluntatem ut praefertur exequendi et de rebus suis derelictis ordinandi et disponendi, prout merces ipsius salva maneat apud deum. Postremo vult idem dominus Martinus, quod per ullum actum contrarium non intendit neque vult revocare praefatos suos procuratores atque testamenti sui executores seu aliquem eorum, immo potius vult eos et eorum quemlibet perpetuo huiusmodi fungi officiis, nisi forsitan ex aliquibus causis eos vel ipsorum aliquem expresse revocaret et de qua revocatione posset legitime constare. Acta sunt haec anno indictione die mense hora et loco quibus supra praesentibus ibidem honorabili et discretis viris domino Vlrico Molitoris de Liptzk artium baccalario, presbytero Merseburgensis, Thoma Monch de Fredelant et Georgio Straubigen opidano opidi Liptzk clericis Misnensis et Ratisponensis diocesium testibus ad praemissa vocatis rogatis pariterque requisitis.

Et ego Petrus Sehusen de Liptzk clericus Merseburgensis diocesis
 Signum notarii. publicus sacra imperiali auctoritate notarius etc.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 240. 1446. 18. Aug.

Leibgedingsbestellung für Dorothea, Heinz Winters Ehefrau.

Anno 2c. XLVI^o am donrstage nach assumptionis Mariae had myn herre Dorothean Heinczen Wynters burgers zu Lipczk wirtynne ein halbe hufe landes vor dem Peterßthore czwuschen dem hoen Crucze vnd der stad daselbst gelegen, die vorziiten Steffan Stußes burgers zu Lipczk gewest ist, item Iß ß gr. vnd IIIIß huner vß dem dorffe Rudenicz vnd den kolestucken^{a)} ierlichen vf Martini von eym iglichen zucziiten desselben dorffes besitzcer vnd I ß gr. vf den altrussen daselbst zu Lipczk vf das nuwe iare gefallende alles ierlichs zcinses mit allen eren 2c. zu rechtem lipgedinge gelihen. Tutores Hans Marschalg vnd Andres Stobener burger zu Lipczk. Actum Lipczk uts.

Nach dem Cop. 43 fol. 226^b im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

a) Die Kohlgärten.